

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius  
Coloniae Agrippinae, 1633**

Caput Sextum. De Paralytica restituta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

legis & canonum vacatio seu dispensatio quam S. Trudonis Dispensa-  
 exhibit tabularia: *Dilecto in Christo Ioanni Abbatii S. Trudonis* tio vetus  
*salutem in Christo Iesu. Licet salubriter in sacris Canonibus sit statu-* de duabus  
*tum, ut singulis personis singula officia committantur. frequenter ta-* dignitatib,  
*mē Personarum consideratis & locorum qualitatibus ac circumstan-*  
*tīs, plures Ecclesiae conceduntur unī personae de gratia speciali: Hinc*  
*est quod cum Abbatiam Tuitensem S. Heriberti tibi commiserimus,*  
*nem monasterium S. Trudonis ex Nostra commissione iacturam in spi-*  
*ritualibus, vel temporalibus patiatur tibi legationis qua fungimur au-*  
*toritate indulgemus, ut Abbas Tuitensis existens S. Trudonis re-*  
*mancas, ut utrumque monasterium & eorum personas auctoritate*  
*presentis indulgentiae, tanquam proprius Abbas regas & plenam cu-*  
*ram eorum habeas in temporalibus & spiritualibus ministrandis.*

Hoc illi in vita S. Gelucil. l. c. 10. elogium datur: *Vir Re-*  
*uerendissimus & magna in Christi Ecclesia glorie Magister Ioannes*  
*Sanctensis fidelis verbi crucis dispensator & modernæ expeditionis*  
*Hierosolymitanae studiosus coadiutor: ] Vnde colligas quam illu-*  
*stre sit Ioannis Abbatis de iam enarrato miraculo ac virtute*  
*B. ENGELBERTI testimonium. Obiit ipse Abbas anno 1228.*  
*decimo Kalend. Octob.*

## Caput Sextum.

*De Paralytica restituta.*

**M**VLIER diu paralytica, eius nomen appellans, curata est.

## Notatio ad Caput Sextum.

**M**Anuscriptus addit: *In recordationem miraculi, quibus*  
*nitebatur baculos obtulit. Reliqua Surianæ editioni con-*  
*sonant.*

## Caput